



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Mvsæ Virgo. 2. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ministrabat, cùm pudicitiam sèpè sèpiùs GENOVÆ nec quicquam tentasset, ut scelus scelere regeret, apud reducem Principem in suspicionem eam adduxit, ac si alieno ex toro filium sustulisset. Maritus continuò crimen cum matre & puero aquis jubet margi. Sed mitiores domino famuli, cùm in silvas utrumque exposuissent, domise imperata peregisse ad simularunt. Nec defuit etiam inter silvas afflictis miserorum MATER, sed certam misit, quæ statâ horâ quotidie infanti ubera præberet. Annus agebatur orbis restaurati DCCCL. exilii GENOVÆ V. cùm Sifridus, dum feras querit in homines offendit, in iis conjugem & natum, in utroque crimen suum agnoscit, VIRGINI verò Sosipatrī id loci temp̄ lūm struit: ut si ejus beneficia urbes taceant, vel silvæ loquuntur.

Ex Molano.

In quacunque hominum verseris frequentia, caue aliena conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius judex: & si actum quid deprehendes, nec sic judices proximum, magis autem excusa.
Bern. de duod. grad. Hum.

S. MVS A VIRGO. 2. Aprilis.

ERAT MVS A VIRGO ROMANA, rārum, at breve teneræ ætatis miraculum, cuius lecto nomine, cave citharam chorōsve cogites; nullæ occurrant Pierides; virtus severitatem, verborum moderationem, animi recessum disce. Quiescenti olim Deipara, denso virginum sacrarum agmine cincta, se obtulit; omnibus in vultu nitor solis, in ueste candor nivis. Et Regina quidem eam affata: Complices, inquit, meas dote virginitatis filij mei coniugium

April.
ENO-
te te
onem
tulif-
uero
nuli,
e im-
tiam
l cer-
bera
CCL.
que-
na-
GINS
ut si
ntur.
i, ca-
ator,
ehen-
cusa.

breve
omini-
cecur-
node-
olim
ineta,
veste
Co-
con-
biuum

2. April. VITÆ SÆCTORVM. 169

nubium promeritas vides? augebis tu numerum, si mōribus matronam potius quām puellam p̄festeris, & infantiae senilem miscueris temperationem. Nihil, quo pares leviter exultant, amabis. Religioni risum, jocum sceleri duces. Ad honesta oculis, ad interrogata verbis. Ad necessaria manū, ad iussa gradum movebis. Sic efficiam ut trigesimo die voti compos fias. Sub hæc ita mutata est Mysa, ut sollicito parentum oculo non indigeret, ex quā tot gravitatis peti argumenta portarent. Itaque interrogare subiit novi moris causam: quam filia nocturni visi commemoratione attontis indicavit. Quinto inde ac vicesimo die febrī corripitur: trigesimo Deiparā Mysam evocante, illa gestiens iterat, *Ecce Domina venio*, & cum voce hinc abiit; vobis quoque, qui Mysas colitis, Duce m̄ribus præbitura se, monituraq; cælum ambientibus morū levitatem oneri esse. Ex l. 4. Dial. S. Greg.

Ut Deum contempleris factus es; non ut humili-
repat vitatua; non ut pecudum ritu voluptate per-
fruaris: verius ut ad normam & institutum cale-
stis vita tuam ipsius componas. S. Basil. hom. I I. in
Hexem.

S. RICHARDVS EP. 3. Aprilis.

RICHARDVS natione Anglus frātris inopiam servilibus ministeriis voluntate suscep̄tis, le-
vavit, eidemque paternā hæreditate, pactoque nobilis & opulentæ virginis matrimonio cessit. Dum litteris navaret operam, nullo certo vivendi præsidio, communi cum Sodalibus duobus pallio, vicissim scholas aditurus utebatur. In Episcopatus fastigium electus, cum honore, ut assolet, non mutavit morem, paupertatem à se fugientē velut

H

elapsam